



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

191. Ut nullus Presbyter solus præsumat Missam cantare.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

& Rectoribus Ecclesiarum, pro pace, pro peste, pro infirmis qui in ipsa parochia lecto decumbunt, pro nuper defunctis; in quibus singillatim precibus plebs orationem dominicam sub silentio dicat, sacerdos verò orationes ad hoc pertinentes per singulas admonitiones sollemniter expleat. Post hæc, sacra celebretur oblatio. Ait enim Apostolus: *Obscرو primùm omnium fieri orationes, obsecrationes, gratiarum actiones &c.*

1. Timoth. 2.

Ut nullus Presbyter solus præsumat Missam cantare. *Ex Concilio Nannetensi.*

Burchard, lib.
3. c. 68.
Vide lib. 5.
Capitular.
c. 93.

Apoc. 22.

CXCI. Definivit sanctum Concilium ut nullus Presbyter solus præsumat Missam cantare. Cui enim dicit *Dominus vobiscum*, aut *Sursum corda*, aut *Gratias agamus Domino Deo nostro*, cum nullus sit qui respondeat: Aut in Canone, & *omnium circumstantium*, cum nemo adsit? Aut quem invitat ad orationem, cum dicit *Oremus*, cum nullus sit qui secum oret? Aut ergo ista penitus reticenda sunt, & non solum non erit perfectum sacrificium, verum etiam incurret, quisquis ille est, terribilem sententiam: *Si quis tulerit de hoc, tollet Deus partem ejus de libro vite.* Aut si hæc muris & parietibus insurraverit, ridiculosum erit. Quapropter periculosa superstitio maximè à monasteriis monachorum exterminanda est. Prævideant autem Prælati ut Presbyteri in cœnobiis cooperatores habeant in celebratione Missarum. Si quis hæc transgressus fuerit, ab officio suspendatur.